

Año 80. Viernes 1 de Diciembre de 1933. Núm 12.



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,
a la imprenta de Calatrava.

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

DAMNATUR LIBER P. ALFARIC, P. L. COUCHOUD, A. BAYET,
CUI TITULUS "LE PROBLEME DE JESUS ET LES ORIGINES
DU CHRISTIANISME,,.

Feria IV, die 14 Iunii 1933.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi. ac Revmi. Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

P. ALFARIC, PAUL LOUIS COUCHOUD, ALBERT BAYET,
Le problème de Jésus et les origines du christianisme.
Paris, Les Oeuvres Representatives, 1932.

Et sequenti Feria V, die 15 eiusdem mensis et anni, Ssmus. D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adessori Sancti Officii impertita, relata Sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 17 Iunii 1933.—A. SUBRIZI, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*.

(*Acta Ap. Sedis*, 1933, p. 313).

II

DECRETUM

DAMNATUR OPUS, CUI TITULUS "CONGRÈS D'HISTOIRE DU CHRISTIANISME (JUBILÉ ALFRED LOISY)".

Feria IV, die 28 Iunii 1933.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi. ac Revmi. Domini Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus quod inscribitur:

Congrès d'histoire du christianisme (JUBILÉ ALFRED LOISY), publié sous la direction de P. L. COUCHOUD.

Et sequenti Feria V, die 29 eiusdem mensis et anni, Ssmus. D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adessori Sancti Officii impertita, relata Sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 14 Iulii 1933.—A. SUBRIZI, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*.

III

DECRETUM

DAMNANTUR "OPERA OMNIA" CAROLI GUIGNEBERT PROFESORIS IN UNIVERSITATI PARISIENSI "A LA SORBONNE".

Feria IV, die 12 Iulii 1933.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi. ac Revmi. Domini Cardinales,

rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt *Opera omnia* CAROLI GUIGNEBERT.

Et sequenti Feria V, die 13 eiusdem mensis et anni, Ssmus. D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adessori Sancti Officii impertita, relata Sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 14 Iulii 1933.—A. SUBRIZI, *Supremae. S. Congr. S. Officii Notarius.*

IV

DECRETUM

SACERDOS PROSPER ALFARIC EXCOMMUNICATUS VITANDUS
DECLARATUR ET POENA DEGRADATIONIS DAMNATUR.

Verbo, opere et scriptis veritatum fidei christianae fundamentalium oppugnator, imo et ipsius historiae Christi existentiae inficiator acerrimus, Sac. Prosper Alfaric e loco Livinhac le Haut diocesis Ruthenensis in Gallia, olim e Societate Sancti Sulpitii et in Seminariis Bajocensi, Burdigalensi et Albiensi docendi munere successive auctus, deinde apostata ab ordine sacro et a fide, reus attentati matrimonii (quod dicunt) civilis, nunc in Universitate Argentoratensi historiae religionum professor, cum non semel antea a legitimis superioribus ecclesiasticis *paterne*, novissime vero per R. P. D. Ordinarium Argentoratensem, iussu et auctoritate Sancti Officii, *canonice* monitus, in sua sententia pertinaciter perseveraverit et perseveret, Emi. ac Revmi. Domini Cardinales, fidei morumque integritati curandae praepositi, aegre quidem sed ineluctabili sui muneris necessitate compulsi, in plenario consessu habito feria IV, die 19 Iulii 1933, statuerunt ac decreverunt:

“Sac. Prosper Alfaric, de quo supra praesenti Decreto, in excommunicationem latae sententiae ad praescriptum canonis 2314, § 1, n. 1 et in omnes contra publice excommunicatos latas poenas declaratur incursum; una vero simul excommunicatione nominatim et personaliter percussus, vitandus edicitur ac degradatione damnatur. A qua quidem excommunicatione haud aliter

absolutionem se obtenturum sciat, nisi exhibitis antea certis ac diuturnis sinceræ resipiscentiæ signis errores suos omnes formiter retractaverit per declarationem a Sancto Officio probandam ac publici iuris faciendam; quibus omnibus tantum præstitis, et non antea, iterum admitti poterit, ceteris paribus, ad participationem Sacramentorum, more laicorum.”.

Et feria V, die 27 eiusdem mensis et anni, Ssmus. D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, relatum Sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit, confirmavit ac publicari iussit.

Datum Romæ, es Aedibus Sancti Officii, die 29 Iulii 1933.—A. SUBRIZI, *Supremæ S. Congr. S. Officii Notarius*.

(*Acta Ap. Sedis*, 1933, p. 332-334).

SACRA CONGREGATIO CONCILII: GALLIPOLITANA FUNERUM

SPECIES FACTI.—Die 28 Augusti 1928 parochi civitatis Gallipolitanae penes hanc S. Congregationem con-questi sunt quod generatim sui parochiani, post obitum, “sono trasportati por l'esequie a chiesa che non è mai quella della propria parrocchia; gli ascritti a confraternite vanno alla chiesa della propria confraternita, e per i non ascritti a confraternite la famiglia paga un tanto, qui detto *offerta*, a una confraternita, e il defunto è accolto per l'esequie nella chiesa di detta confraternita. Nell'uno e nell'altro casi il parroco non ha altro da fare che benedire la salma e accompagnarla a la chiesa dove han luogo le esequie; e per questa *associatio cadaveris* ha solo un meschrinissimo compenso e nulla ha (*portio paroecialis*) per il suo diritto e doveredi esequie violato.”.

Quapropter duæ circa electionem refertur ecclesiae funerantis cum adnexo iuri exsequias in eadem persolvendi, altera solutionem spectat portionis paroecialis, proprio defuncti parrocho debitæ.

Quoad primum, in civitate Gallipolitana praxis viguit, vi cuius si quis, dum in vivis est, alicui ex confra-

ternitatibus ibi exstantibus sese adscribit, ipso facto ecclesiam funerantem hac adscriptione se elegisse praesumitur. Idipsum censetur, si quis ex heredibus, etsi nullo praehabito expresso mandato, certam pecuniae summam solvendo, quae *offerta* dicitur, alicui confraternitati defunctum adscribit.

In utroque autem casu, itemque quando funera a Capitulo in ecclesia cathedrali peraguntur, proprio defuncti parrocho non solvitur portio paroecialis contra praescriptum canonis 1.226, § 1, C. I. C., sed oblatio fit admodum modica.

Censent proinde parrochi corrigendas esse huiusmodi consuetudines ad normam iuris communis sive ratione vinculi spiritualis quo fideles paroeciae devinciuntur, sive ratione quoque rei oeconomicae.

Confraternitates e contrario easdem confirmandas esse putant, utpote in Codice I. C. expresse non reprobatas, atque usque nunc ab Ordinario toleratas. Re enim vera, eligere ecclesiam sui funeris univique licere Codex statuit in canone 1.223, § 1, idque sive per se, sive per alium fieri potest, cui legitimum mandatum quisque dederit (can. 1.226, § 2). Cum vero haec electio necessario importet ius funerandi, quae res sunt inter se connexae, nihil in hac re innovandum esse contendunt, atque etiam legitima consuetudine.

Et idem sentiendum de adscriptione defunctorum iisdem confraternitatibus. Vel enim agitur de defunctis quibus antea propinquis et familiaribus hoc mandatum commiserunt, et nemo dixerit hanc electionem, ad normam citati canonis 1.226, § 1, legitimam non esse. Si vero agitur de ceteris pro quibus arbitrario ab heredibus haec electio facta est, succurrit praesumptio, qua conici potest hanc fuisse defunctorum voluntatem, quam heredes ipsi interpretati sunt atque ad effectum demandarunt.

Denegant tandem eadem confraternitates parrocho solvendam esse his in casibus portionem paroecialem, quae ab immemoriabili numquam solutam.

Quem morem sequitur et Capitulum cathedrale in funeribus ab eo persolutis, provocans ad diuturnam consuetudinem a condito Capitulo, a saeculo nempe XV usque nunc servatam, atque hac ratione innixum, quod iisdem funeribus aliqua confraternitas semper interest,

quae portionem paroecialem seu oblationem parochi persolvit.

AD IUS VERO QUOD ATTINET, perpendenda in primis sunt praescripta Codicis in subiecta materia. Iamvero "ecclesia in quam cadaver pro funere transferri debet, ex iure ordinario est ecclesia propriae defuncti paroeciae, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legitime elegerit," (can. 1.216, § 1). Et "ecclesiam funeris... quis eligere potest per se vel alium cui legitimum mandatum dederit; factamque electionem aut mandati concessionem quolibet legitimo modo probare licet," (can. 1.226, § 1). Attamen "ut electio ecclesiae funeris valeat, cadat necesse est vel in ecclesiam paroecialem, vel in ecclesiam regularium..., vel in aliam ecclesiam funerandi iure praeditam," (can. 1.225).

Quapropter ex facto adscriptionis alicui confraternitati non sequitur necessario eiusdem confraternitatis ecclesiae pro funere legitima electio; sunt enim adscriptio et electio res quae necessario non cohaerent, nec confraternitates omnes, qua tales, iure funerandi sunt praeditae (Cfr. Ferraris *Bibl. can.*, v *Confraternitates*, art. V.)

At in casibus peculiaribus, si hoc iure ecclesiae confraternitatum potiuntur, et ex receptis loci usu ac consuetudine confratres omnes in propria funerantur ecclesia, iure arguitur eosdem, eo ipso quo alicui confraternitati nomen dant, ecclesiam sui funeris designasse. Et hoc satis est, ut ad normam citati canonis legitimo modo electa probetur ecclesia funeris.

Funerandi autem ius multipliciter acquiri potest. S. Sedis nempe aut Ordinarii concessionem, legitima consuetudine et praescriptione. "Cum autem haec consuetudo, animadvertit, S. Rota in una *Medionalem. — Iuris funerandi* (A. A. S., 1914, p. 556) mixta sit praescriptioni, quippe quae laedat iura tertii, planum est in ea requiri etiam condiciones praescriptionis." Quod si in casu de quo agitur, omnes istae condiciones non inveniuntur, adest tamen aliqua Episcopi concessio, siquidem, prout asserit, plures Episcopi hanc praxim, funerandi nempe in ecclesiis confraternitatum, tolerari permiserunt. Qua admissa legitima praxi, roboratur quoque argumentum, quo fideles ex ipsa adscriptione alicui confra-

ternitati ecclesiam funerantem elegisse praesumuntur.

Aliter sentiendum est, si de adscriptione defunctorum res sit, ab heredibus proprio Marte peracta. Ius enim eligendi ecclesiam funeris, ex citato canone 1.226, § 1, ad unum defunctum, non ad heredes pertinent, nisi legitimum mandatum acceperint; salva tamen contraria consuetudine quae quominus submoveri, possit nihil vetat, attentis laesione iuris parochorum, nec non incommodis inde facile orituris.

Quod denique attinet ad solutionem portionis paroecialis, in canone 1.236, § 1, statuitur: “Salvo iure particulari, quoties fidelis non funeratur in ecclesia paroeciali propria, proprio defuncti parrocho debetur portio paroecialis, excepto casu quo cadaver in ecclesiam propriae paroeciae commode asportari nequeat.” Ad quam denegandam, in casu, contraria immemorabilis consuetudo affertur.

Plura, ut notum est, in praescriptione et in consuetudine praescriptiva requiruntur, praesertim in iis quae habent tractum succesivum. Ad rem in *Dianem*.—*Iuris funerandi* (A. A. S., 1921, pag. 534 sp.), haec leguntur: “Ad hoc ut intret praescriptio in habentibus tractum succesivum necessaria est *petitio*, *repulsa* et *acquiescentia* petentis; in casu agitur profecto de re habente tractum succesivum, quum Capitulum teneatur toties dare portionem canonicam quoties funerat alienos: itaque probandum esset a Capitulo se cum effectu denegasse portionem petenti: quod minime praestat, cum immo testibus evincere contendat: *ch' egli non ha pagato mai la quarta funerale, e che mai dal parroco fu richiesta...*» Ideoque in casu haec Sacra Congregatio non constare edixit de iure Capituli portionem paroecialem non solvendi.

Quae ad casum de quo agitur aptando, cum moderatores confraternitatum portionem paroecialem asserrant numquam solutam fuisse, nec unquam a parrocho fuisse petitam, deest petitio, repulsa et acquiescentia petentis; quapropter praescriptio vel consuetudo praescriptiva nihil operatur. Nec eadem portio censi potest suffecta ab oblatione illa quae a confraternitatibus parrocho solvitur, intenta eiusdem exiguitate, nec non portionis paroecialis natura, quae, ut praescribitur in canone 1.237 § 1, “detrahi debet ex omnibus et solis emo-

lumentis, quae statuta sunt pro funere et tumulatione in taxa dioecesana».

RESOLUTIO His omnibus perpensis, in plenariis comitiis huius Sacrae Congregationis, diebus 24 Maii et 15 Novembris 1930 habitis, proposita sunt enodanda haec dubia:

I. *An sustineatur consuetudo quoad adscriptionem confraternitati sive vivorum per se, sive defunctorum per heredes, cum adnexo iure funerario, in casu;*

II. *An parochi defuncti debeatur portio paroetialis a rectoribus confraternitatum vel a Capitulo cathedrali, in casu.*

Porro Emi. Patres responderunt:

Ad I. *Ordinarius utatur iure suo ad normam canonis 5 Codicis I. C., et ad mentem.*

Ad II. *Affirmative.*

Facta autem de praemissis Ssmo. Dño. Nostro div. Prop. Pío Pp. XI relatione per Secretarium huius Sacrae Congregationis in audientiis dierum 31 Maii et 17 Novembris 1930, Sanctitas Sua easdem resolutiones approbare et confirmare dignata est.—I BRUNO, *Secretarius.*

RESOLUCION DEL GOBIERNO CIVIL DE ZARAGOZA

Para conocimiento de los señores Curas, y a fin de que pueda servir de norma en casos semejantes, transcribimos a continuación la siguiente resolución gubernativa:

“Gobierno Civil de la Provincia de Zaragoza.—Con esta fecha digo al señor Alcalde de esa localidad lo siguiente:

Visto su oficio de 23 del pasado, en que dándose cuenta de lo que ocurre en esa localidad, con motivo del traslado de un cuadro de la imagen del Salvador, de la Ermita de San Sebastián a la Iglesia parroquial y que algunos vecinos y concejales quieren que se réintegre a la Ermita, me consulta sobre esto y sobre si el señor Párroco tiene derecho o no a disponer de las llaves de dicha Ermita y hacer otras así como a que no celebre

misas ni novenas sin conocimiento de esa Alcaldía; he de manifestarle, que teniendo en cuenta que la ley de Confesiones religiosas de 2 de junio del corriente año dispone que los templos de todas las clases y sus edificios anexos, así como las imágenes, cuadros y demás objetos destinados al culto católico, continúen en poder de la Iglesia para su conservación, administración y utilización, porque aunque de propiedad nacional están cedidos en disfrute a la Iglesia, es evidente que los representantes de ésta (en este caso el Párroco), son los que han de administrar y conservar los inmuebles expresados y los objetos que en ellos se contengan, y es por tanto el Párroco a quien corresponde determinar la conveniencia del traslado del cuadro, atendiendo a su mayor seguridad y custodia, y por la misma razón a él solo compete fijar el número de llaves que hayan de tener las puertas del templo y de la Ermita y personas a quienes haya de confiarla y que la celebración de las funciones y ceremonias religiosas dentro de los templos, es un derecho reconocido por la citada Ley, y que pueden ejecutar, según su voluntad, sin intervención de las Autoridades civiles. Por todo lo expuesto, esa Alcaldía no tiene facultades para tomar resolución alguna en ninguno de los extremos consultados; pues el Párroco no necesita autorización para celebrar las ceremonias religiosas que tenga por conveniente, siempre que se realicen dentro de los templos, ni para tomar las determinaciones que estime necesarias para la mejor conservación y administración de los inmuebles y muebles del culto confiados a su custodia.

Lo que traslado a V. para su conocimiento y como contestación a su oficio de 24 de agosto último.

Zaragoza, 8 de septiembre de 1933.—El Gobernador civil, *José Díaz*.

Sr. Cura párroco de Urrea de Jalón.

Artículo 1.º de la Ley de 2 de junio de 1931. He dispuesto que el Sr. Cura párroco de Urrea de Jalón, en el caso de traslado de cuadros, imágenes, etc., de los templos de esta localidad, se informe a la Alcaldía municipal de esta localidad, para que se acuerde lo que proceda en consecuencia. He dispuesto también que el Sr. Cura párroco de Urrea de Jalón, en el caso de traslado de cuadros, imágenes, etc., de los templos de esta localidad, se informe a la Alcaldía municipal de esta localidad, para que se acuerde lo que proceda en consecuencia. He dispuesto también que el Sr. Cura párroco de Urrea de Jalón, en el caso de traslado de cuadros, imágenes, etc., de los templos de esta localidad, se informe a la Alcaldía municipal de esta localidad, para que se acuerde lo que proceda en consecuencia.

RESOLUCIONES FAVORABLES AL TOQUE DE CAMPANAS Y A ENSEÑANZA DEL CATECISMO

El día 22 de abril de este año, recibió el Sr. Cura de Préjano un oficio del Ayuntamiento de esta villa por el que se le notificaba el acuerdo tomado de gravar con un impuesto de cincuenta pesetas el toque de cada campana, campanilla y día que esto se hiciera en la localidad. Se solicitó ante el mismo Ayuntamiento fuese re-puesto dicho acuerdo, y pasado el plazo sin contesta-ción, se recurrió por el Párroco ante el Sr. Delegado de Hacienda, el cual dictó la siguiente disposición favo-rable que por oficio fué comunicada al señor Alcalde:

El Excmo. Sr. Delegado de Hacienda de Logroño, en comunicación núm. 600 de fecha 15 del actual, dice a esta Alcaldía lo siguiente:

“Examinada la instancia presentada en este Centro y suscrita por D. Vicente Urquizu Ochoa, Cura encar-gado de la parroquia de esta localidad, contra acuerdo tomado por este Ayuntamiento en 21 de Abril último, por el que se establece un impuesto de 50 pesetas por cada día que se toquen las campanas y campanillas. Re-mitida a esta Alcaldía, en cumplimiento de lo dispuesto por el artículo 15 del R. D. de 3 de noviembre de 1928, sobre exacciones municipales y audiencia de las corpo-raciones en caso de reclamación, y oídas sus manifesta-ciones que no justifican la procedencia del acuerdo adop-tado: Considerando que habiendo sido aprobado por es-te Centro el presupuesto municipal ordinario de ese Ayuntamiento, en 5 de febrero último, para el año ac-tual, en el que no figura la imposición del arbitrio men-cionado, requisito indispensable para su validez, con arreglo a las disposiciones del Estatuto Municipal y Re-glamento de Hacienda en curso, referentes a esta ma-teria, especialmente en los artículos 317 y 321 al 323, del primero y el 29 del segundo. He dispuesto estimar la re-clamación interpuesta por D. Vicente Urquizu Ochoa, Cura encargado de la parroquia de esta localidad, de-jando sin efecto todo lo actuado por este Ayuntamiento sobre este particular, sin que por lo tanto pueda cobrar-

se el impuesto de referencia porque sería una exacción ilegal, y comunicarla a esa Alcaldía para su conocimiento y a fin de que se le haga saber al interesado como resolución a su instancia de fecha 1.º de los corrientes, debiendo remitir a este Centro documento que lo acredite para unirlo a su expediente respectivo. Logroño, 25 de junio de 1933.—Firma ilegible.—Señor Alcalde Presidente del Ayuntamiento de Préjano..”

Y para que tenga efecto a V. la notificación acordada, se lo comunico íntegramente, sirviéndose firmar el recibí en la duplicada. Préjano, 17 de junio de 1933.—El Alcalde, *Cecilio Jiménez*.—rubricado.—Sr. D. Vicente Urquizu Ochoa.—Localidad.—Es copia.—El Cura encargado de la parroquia, *Vicente Urquizu*.

En el “Boletín Oficial del Ministerio de Instrucción Pública,” aparece la siguiente disposición:

“Resultando que don Joaquín Carrasco y García Navarro y su esposa doña Carmen Alcalde Fernández, edificaron un grupo escolar, dotado de mobiliario y material pedagógico, en Herencia (Ciudad Real) que donaron al pueblo en 25 de septiembre de 1928, imponiendo, entre otras, la condición aceptada por el Municipio, de que el edificio había de estar siempre dedicado a la enseñanza y en todo momento, conforme a las doctrinas de la Iglesia Católica, y que de no cumplirse así, revertería a los donantes o a sus herederos el referido inmueble.

“Visto el presente expediente, este patronato central, por unanimidad, tiene el honor de proponer a la Superioridad que, en razón de no oponerse a ello ninguna de las disposiciones legales vigentes, se acceda a lo solicitado por los donantes don Joaquín Carrasco y doña Carmen Alcalde y se autorice, en su consecuencia, que en las escuelas de que se trata, fuera de las horas de clase y por personas extrañas al personal docente oficial, pueda enseñarse el Catecismo cristiano, jueves y domingos, a los obreros que deseen aprenderlo.

“Y este Ministerio, conformándose con el preinserto dictamen, se ha servido disponer como en el mismo se propone..”

¿Cómo forman sus catequesis los norteamericanos?

La marcha triunfante de la Iglesia Católica en los Estados Unidos se debe al triunfo de la enseñanza del Catecismo. Dificilmente ascenderán los Obispos norteamericanos a sus sacerdotes al grado de párrocos, si en los años de coadjutorado no han demostrado resultados positivos, prácticos y duraderos en la catequesis de la parroquia.

¿De qué medios se vale el párroco norteamericano para conseguir una floreciente catequesis, única base y principio para obtener una escuela netamente católica después, donde él sea el único rey y señor?

Supongamos que un sacerdote norteamericano ha sido nombrado párroco de una barriada, que antes era tan sólo misión, es decir, una sección extrema de la ciudad, compuesta de familias más bien de la clase pobre que de la mediana, y en la que uno de los coadjutores de la parroquia vecina decía una Misa todos los domingos, con asistencia de doscientos fieles y una colecta de diez dólares, con los que apenas se podía pagar el alquiler del almacén transformado por arte de la mágica caridad cristiana, en iglesia. ¿Cómo se las arregla el joven novel párroco? Ante todo, organiza la catequesis. ¿De qué manera?

a) Hace el censo de los católicos que viven en la parroquia. Durante la Misa del domingo, anuncia a los feligreses la necesidad en que se encuentra de conocer todas y cada una de las familias de que se compone la nueva demarcación parroquial. Les suplica que, terminada la Misa, pasen a la sacristía, comunicándole los días y horas en que pueden recibirle con el mayor número de miembros de la familia en casa. En estas visitas investiga a cuánto alcanza la religiosidad de la familia, toma la dirección, nombres de todos y cada uno de los individuos de la familia, edad, ocupación y fervor religioso; pide, suplica y exige de los padres que manden los niños a la catequesis cuando se establezca; por medio de esta familia se entera de la calidad y conducta religiosa de las familias vecinas. Así las visita a todas; en unas, bien

recibido, en otras, con frialdad, en otras, hasta la entrada se le niega, si ya no se le insulta. Resultado: que, al terminar el censo, él sabe a qué atenerse en concreto respecto a cada una de las familias de su parroquia, anotadas todas y archivadas por medio de papeletas en dos series, una por *apellidos* y otra por *calles* y números de casas y pisos.

b) Una vez hecho el censo, entra en *conversaciones* particulares con los *hombres* de la parroquia de *más celo*, prestigio y medios. Les expone la necesidad de la catequesis, los gastos que supone y su falta de medios. Da a conocer su programa de acción. Con unos pocos en su favor, anuncia desde el altar una reunión de todos los hombres y de ellos solamente.

c) En una reunión de corta duración, hablan primeramente tres o cuatro que, decididamente, sin ambages ni cortapisas, ofrecen sus esfuerzos en favor de la infancia de la parroquia; el párroco ruega que olviden todas las diferencias para unirse en lo que es interés común de todos; pide la propaganda individual entre sus familias amigas, para que manden los niños al catecismo, y abre una lista de los que se ofrecen a sufragar los gastos en la medida que puedan. Asimismo, convoca, por el mismo procedimiento, a una reunión, a las mujeres y jóvenes.

d) Hecho esto, si hay escuelas del Estado en la parroquia o en las vecinas y hay maestros o maestras católicos, les pide su ayuda en calidad de tales; lo mismo hace con los jóvenes y las jóvenes celosas e instruidas de la parroquia. Con este último esfuerzo consigue tener sus auxiliares para enseñar el Catecismo.

e) Para local: se sirve de la Iglesia o del local de los deportes, que suele haber en todas las parroquias.

RAMÓN GATIUS,
Profesor de la Universidad de Búfalo

COLLATIO DOGMATICA, MORALIS ET DISCIPLINARIS MENSE DECEMBRI HABENDA

DE RE DOGMATICA

Utrum anima sit tota in qualibet parte corporis (S. Thom. p. 1.^a q. LXXVI, a. 8.^o)

DE RE MORALI

Gaudiosus, animo emendi domum quam, sub hasta, Rogatianus vendendam nunciaverat, ad licitationem accurrit. Convenerat quoque Macarius, non quidem ut emeret eam, sed ab ipso Rogatiano immissus ut, per iteratas oblationes, domus pretium augeri curaret, donec saltem quindecim milia libellarum summam attingeret. Cum jam pretium quantitatem hanc superasset, ecce Macarius, retributionem ei offerente Gaudioso, a licitatione desistit, domusque in Gaudiosi dominium transivit.

Quaeritur inde: An Rogatianus in primo casu, necnon in secundo Gaudiosus, absque injustitiae labe, potuerint hujusmodi cum Macario inire pactum?

DE RE DISCIPLINARI

Quid quoad spirituales recessus clericis praescribatur? (Decr. 16).

SOLUTIO CASUS MENSIS OCTOBRIS

Duo, in casu, fecit Faustus: 1.^o) illa proferre verba "Libenter tibi..."; 2.^o) pactum fictum inire.

Quoad primum, nulla oritur obligatio; cum praedicta verba nihil aliud nisi, ad summum, merum tradendi propositum includant. Quoad alterum vero, dicendus Faustus male fecisse proferens mendacium, quod nunquam licitum est. Quod vero ad justitiam attinet, distinguere oportet inter animum non sese obligandi et animum non standi obligationi contractae. In primo casu, probabilius non valet contractus, utpote pendens a conditione contraria ipsi substantiae contractus (obligatio etenim est de essentia contractus); vel, potius, quia datur in terminis contradictio. In secundo casu, valeret contractus, siquidem voluntas non adimplendi obligationem non ipsam destruit obligationem contractam. Cum hic de primo casu agatur, inde sequitur non posse Faustum ex contractu obligari; attamen pro conscientiae foro tenetur deceptum Firminum reddere indemnem, si aliquod ex hoc sit passus damnum; et, ni aliud suppetat medium, verum deberet praebere consensum, pactumque, ab alia parte serio ininitum, adimplere.

Cui solutioni se occommodant circuli: 3, 5, 10, 13, 18, 21, 22, 24, 29, 38, 42, 45, 52, 59, 60, 61, 64.

LA VIGILIA DE NAVIDAD

Este año, por razón de caer en Domingo la Vigilia de Navidad, cesa su ayuno y su abstinencia, ni se anticipan al Sábado de Témporas anterior; por tanto, el día 23, por ser *Sábado de Témporas*, es obligatorio el ayuno y la abstinencia *únicamente* para los que no tienen la Santa Bula de Cruzada.

A V I S O

Desde el día 1 del actual, todos los venerables Sacerdotes podrán proveerse de la **Epacta** para el año 1934, en la Secretaría de Cámara (Palacio Episcopal).

BIBLIOGRAFÍA

Obra nueva: COMPENDIO DE ASCÉTICA Y MÍSTICA, por el P. *Crisógono de Jesús S., Carmelita Descalzo*.

Obra sólida, clara, erudita y compendiosa adoptada desde su aparición como libro de texto en Seminarios y Colegios.

Necesaria para los sacerdotes, que dirigen almas.

Necesaria para los religiosos y religiosas, que desean conocer los caminos por donde Dios lleva sus espíritus.

Obra utilísima para las personas piadosas, que desean trabajar eficazmente en su santificación.

Un tomito muy manuable de unas 400 páginas, al precio de 5 pesetas en rústica y 7 encuadernado en tela.

Los pedidos al autor: Convento de PP. Carmelitas. Salamanca.

SANTA ISABEL DE HUNGRÍA, por *Edelvives*. Un volumen de 32 págs. de 23 por 17 cms. con 15 grabados de color y hermosa tricornia en la cubierta. Editorial Luis Vives, S. A.; calle Sicilia, 400. Barcelona. Encuadernado, pesetas 1,25.

Es Santa Isabel de Hungría, admirable representación de la bondad femenina más exquisita y de la más ardiente piedad; purísima figura histórica que resplandeció en la época sangrienta de Barbarroja.

Esta obrita presenta su vida tan admirable como trágica con singular encanto.

Como todos los libritos de las deliciosas FLORES Y FRUTOS DE SANTIDAD, es ideal para repartirse en colegios y catequesis, y será además, instrumento precioso de formación cristiana, para las madres de familia y para las abuelitas, que gusten de poner ante sus hijas y nietecitas, un dechado de acciones buenas y bellas sobre toda comparación.

Los pequeñuelos... y la gente mayor, quedarán embelesados particularmente ante su ilustración de subido valor artístico. El legendario milagro de las rosas, que se representa con riqueza de color en la portada y las láminas que ilustran el texto con verdadero derroche de bistres, azules y morados embelesan a cuantos las contemplan. Bien hace la «Editorial Luis Vives» en proseguir la publicación de estas vidas que modelan las almas y enderezan los gustos artísticos de los lectores.

G. S.

Hemos recibido un elegante ejemplar del tomo I de LA SANTA BIBLIA, que con censura y aprobación eclesiásticas acaba de aparecer en Madrid.

Se trata de una magnífica edición popular del «Antiguo y Nuevo Testamento», completos, traducidos de la «Vulgata» latina por el Ilustrísimo Sr. D. Félix Torres Amat. El sagrado texto va avalorado con notas y aclaraciones, entresacadas de los Santos Padres, Expositores e Intérpretes sagrados, arregladas y acomodadas concienzudamente por el culto presbítero D. José Díez Monar, muy conocido en el mundo de las letras, quien en una eruditísima «Introducción» aporta valiosos datos sobre los Libros sagrados, autores materiales, fecha, idioma en que se escribieron, ediciones insignes, versiones principales, inspiración y otras muchas interesantísimas particularidades que ilustran al lector ampliamente sobre la Sagrada Escritura.

Lleva la edición que nos ocupa bellísimas ilustraciones en tricromía y en negro, así como también mapas a varias tintas, debidas a los notables artistas, Max, Ramos y Antonio Moliné.

El texto, abundante y nutrido, es clarísimo, y la presentación sobrepasa a lo editado hasta ahora en esta clase de obras, de suyo costosísimas.

Sin embargo, la ocasión presente brinda a todos los católicos de habla española, la oportunidad de hacerse por poco dinero con una de las ediciones de LA SANTA BIBLIA completa mejores del mundo, pues su precio es solamente de 1,25 ptas. el tomo, apareciendo uno cada quince días, hasta completar los 12 de los que se compondrá la obra.

Felicítamos sinceramente a los editores y coautores de este alarde editorial, y recomendamos insistentemente a nuestros lectores se aprovechen de esta ocasión de hacerse con LA SANTA BIBLIA que en ningún hogar católico debe faltar.

Se vende en todos los kioscos y librerías.

Salamanca.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.